valde paruus aſcenditūr per latūs auſtrale et giratūr mons oliueti·ve-
niturqꝫ ad locū vbi dn̄s aſinum aſcendit et cōtinuo reſplendet ciuitas
cū templo et eccleſia ſancti ſepulcri et ſanctis locis ceteris· Deniq̄ ergo
ad deſcenſum mōtis oliueti vbi turbis ꝑcedentib9 et ſequētibus·clamā-
tibus quoqꝫ oſanna filio dauid·et letantibus ſup benedicto ei9 aduen-
tu ip̄e videns fleuit amariſſime ſup illam· Inde ꝓcedendo venitur in-
ter locū orationis ei9 in agonia et locū captiuitatis ei9 in gethſemani·
Trāſitoqꝫ torrente cedron venitur in golgatha vbi crucifixerūt eū ꝛc·
CEterū ad deſcriptiones ꝑtis terre que adhuc reſtat redeamus·
De Jeruſalem igitur ꝓcedendo duas leucas cōtra angulū qui
eſt inter occidentē et ſeptentrionē eſt mons ſylo qui et diſtat de
gabaa ſaulis vnā leucam et plus· et de rama benyamin ſimiliter· In
hoc loco fuit archa dn̄i longo tp̄e·et tabernaculum federis quod fecerat
moyſes in deſerto· De iſta ad vnā leucā paruā eſt Gabaon ciuitas de
tribu benyamin ſita in eodē mōte·vnde et ibi dr̄ fuiſſe excelſum maxi-
mū· Iſtius ciuitatis incole miſerūt ad joſue in galgala nūcios audien-
tes cūcta q̄ fecerat joſue jericho et hay·callideqꝫ cogitātes tulerūt ſibi ci-
baria·ſaccos veteres aſinis imponētes·et vtres vinarios ſciſſos atqꝫ cō-
ſutos·calciamētaqꝫ ꝑantiqua·q̄ ad indiciū vetuſtatis cōſuta erāt·indu-
ti veteribus veſtib9· Panes quoqꝫ quos portabāt obuiaticū duri erāt·
et in fruſta cōminuti·et ita veniētes ad joſue omnēqꝫ ſimul iſrahel dixe-
rūt· De terra longinq̄ venim9·pacē vobiſcū facere cupiētes ꝛc·vt habet
Joſue·ix·capitulo· ¶ De Jeruſalem ad q̄tuor leucas cōtra occidentē
eſt Emaus caſtellū vbi dn̄s ambulans cū duobus diſcipulis in ſpecie · Emaus ·
peregrini/agnitus eſt in fractione panis·hec villa hodie Nicopolis ap-
pellatur· ¶ De Jeruſalem tribus leucis ſub monte ſylo contra occiden-
tem eſt Bethoron inferior de quo fit mētio in libro joſue et machabeorum
et eſt de tribu benyamin· ¶ De jeruſalem ad q̄tuor leucas et dimidiam
contra occidentē euntibus dyopolim ſiue liddam eſt chariathiarim que
fuit vna de vrbibus gabaonitharū· in qua viginti annis māſit archa
dn̄i poſtq̄ de philiſtym eſt reducta· De chariathiarim ad duas leucas
fere cōtra occidentē eſt lachis ſimiliter vna de vrbibus gabaonitharū·
cuius mentio fit q̄rti regū·xviij·quā obſedit ſennacherib tp̄e ezechie· et
fuit de tribu benyamin· De chariathiarim ad duas leucas cōtra auſtrū
fere eſt bethſames opidū qd ad differentiā alterius bethſames q̄ in nep-
talim eſt dr̄ bethſames jude· Attamen in rei veritate erat de tribu Dan
que fuit circa ſortem jude iuxta mare· In campo hui9 ville due vacce
de accaron reduxerūt archam dn̄i quādo bethſamite metebāt triticū in
valle et mortui ſunt de ip̄is·lxx·viri et quinquaginta milia plebis eo
ꝙ vidiſſent archam dei nudā·vt habetur primi regū·vj· ¶ De Jeruſa-
lem ad decē leucas contra occidentē eſt Ramathaſophym ꝑtim de tri-
bu benyamin et ꝑtim de tribu effraym erat ſita tamē in mōte effraym·
Planicies enim illa ſic appellatur·licet mons nō ſit ſed cāpus planus

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-98/0094
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG